

# Indice de autoridades Latinas.

Dei mobilia sunt , & spirantia , vti  
visis possunt , nec carent facultate  
estimandi . Talis artificij cum sis  
opificium quare id ipsum dedecora-  
ras ? Quid quod non modo te con-  
didit , sed etiam tibi soli credidit , &  
quid faceres in mandatis dedit ? Nec  
ipsum meninisti , quin etiam com-  
missam tibi tu telam sic ignominia  
afficias . Quod si pupillum tibi Deus  
commisisset , num illum neglige-  
res ? Te vero cum tibi ipsi com-  
mendarit , ita inquiens : Non ha-  
beco aliquid fideliorem , cuite co-  
mittam , quam te ipsum : hunc vo-  
lo ita mhi custodias , quemadmo-  
dum ipsius natura postulat , pudi-  
cum , fidelem , altum , infractum ,  
affetibus vacuum , absque pertur-  
batione . Ergo tuendum illum non  
suscipies ?

§. 2. *Sanctus Bernardus tractat.*  
*de Diligendo Deo.* Si totum me de-  
beo pro mefacto , quid addam iam  
pro refecto , & refecto hoc modo ?  
Nec enim tam faciliter est factus , quā  
factus : nam qui semel , & tantum  
dicendo fecit , in refectio profecto .  
& dixit multa , & gessit mi-  
ra , & pertulit dura : nec tantum  
dura sed indigna . Quid Deo retrici-  
buani pro se ? Nam etiamsi me milles  
repondere possem , quid sum  
ego ad Deum ?

*S. Petrus Chrysostom. serm. 70.* Ho-  
mo reddi ad Deū sic amatus à Deo ,  
& ad illius gloriam da totum te , qui  
se totum propter te ad suā deduxit  
iniuriam : & voca Patrem fidens ,  
quem tanto amore tuū probas , sen-  
tis intelligis esse genitorem .

*S. Bernard serm. 16. in Cantic.*  
Nō pepercit vnigenito pro sic ge-  
nito , ita ipse quidē patrem se exhibi-  
buit mihi ; sed non ego me illi vicis-  
sim filium . Qua nam fronte attollo  
iam oculos ad vultū patris tam bo-  
ni , tam malus filius ? Pudet indigna-  
gessisse generem meo , pudet tāto pa-  
trivixisse degenerem .

*Cap. 6. §. 1. S. Chrysostom. 6. I.*  
*ad Popul.* Parentes quidē alijs sze-  
pē filios tradunt alendos . Ego autē ,  
inquit , non ita sed carribus meis  
alo , & me ipsum vobis oppono vos  
omnes generosos esse volens , & bo-  
nas vobis prætendēs de futuris ex-  
pectationes .

*S. Thom. Opus. 63. de Beatitud.*  
In quo totum quod ipse est , & est  
extra corporalem , & spiritualem , &  
diuinam naturam . Corporalis vero  
apprehendit omne quodcūque sen-  
sibus percipitur . Spiritualis natu-  
ra continet Angelos , animas , &  
omnia dona spiritualia , & virtutes .  
Diuina natura totum quod est op-  
timus naturaliter in se habet . Cū  
ergo corpus , & sanguinem filij sui  
Deus Pater sub Sacramento dedit ,  
tunc corporalem substaniā in sum-  
mo contulit . Quando vero animā  
eiusdem filij dedit , tunc spiritua-  
lem substaniā in summo tradi-  
dit , cuius anima omnibus Ange-  
lis , & Sanctis animabus perfectior  
gratia in omni sanctitate fuit . In-  
super in eo totam diuinam natu-  
ram obtulit omne bonum in se na-  
turaliter , & æternaliter continen-  
tem , neq; hoc semel tantum , aut bis  
in tota hominis vita fuit , imo quo-  
cund

# Indice de autoridades Latinas.

cuncte tempore, quocunque loco,  
a quocunque sacerdote fidei bono,  
vel malo salutare illud sacrificium  
in forma Ecclesiae oblatum fuerit,  
toties Deus Pater cum Spiritu Sancto singulis animabus se totum ad  
fruendum exhibit.

§. 2. *Algerus lib. de Sacram.* Nos  
corpus ipsius facti sumus, & mifer-  
cordia ipsius, quod accipimus, su-  
mus.

Cap. 7 §. 1. *S. Thom. Opusc. de*  
*dilect. Dei, & prox. cap. 5.* Obstup-  
pesce igitur anima mea dignatione  
Dei tui erga te nobilitauit te, o ho-  
mo Deus inferius constituens Do-  
minus irrationalium, Psalm. 8.  
Omnia subiectisti sub pedibus eius.  
Qui dominaris brutis, non mirum  
est si Angelorum saltem Seraphim  
dominio subdereris. Sed nunc non  
sic, sed nobilis es in relatione ad su-  
perius, solus Deus vere est Domi-  
nus tuus. Sed dilatare usq; ad mor-  
tem praे admiratione, cui debueras  
seruus esse, iubet, ut sis amicus. Di-  
liges, inquit, Dominum Deum tuū,  
&c. Ioan. 15. Iam non dicam vos  
seruos, sed amicos. Stude igitur  
amicus esse ei, a quo amari, seruus  
esse ei, cui obligaris.

*Sanctus Hieronymus in capit. 7.*  
*Micæa.* Amicitia pares, aut acci-  
pit, aut facit.

*S. Gregor. ad illud Ioan. 15.* Iam  
non dicam vos seruos. O mira diui-  
nae bonitatis dignatio, serui digni  
non sumus, & amici vocamus! Quâ-  
ta dignitas est hominum esse amicos  
Dei.

*S. Cyril. Alexandri. in Ioan. 22.*

Quid maius, quid clarius, quid am-  
Chirissi amicum, & esse, & appella-  
ri? Excedit hęc dignitas naturę hu-  
manę terrę nos. Omnia enim ser-  
uiunt creatori, vt ait Psalmista, nec  
quicquam est, quod iugos eruit utis  
eius non subiicitur. Quodcum ita  
sit, seruantes mandata sua, Domi-  
nus non seruos, sed amicos appel-  
lans, vt amicos in omnibus tractat.  
Magna, & splendida ista præmia  
sunt.

*S. August. lib. 8. Confes. cap. 6.*  
Dic quæsote omnib; laboribus no-  
stris quò ambibus peruenire? Quid  
quærimus, cuius rei causa milita-  
mus? Maior ne esse poterit spes no-  
stra in palatio, quamvt amici Imper-  
atoris simus? Et per quot pericula  
peruenitur ad grandius periculum?  
Et quamdiu istud erit? Amicus au-  
tem Dei si voluero, ecce nunc sio.

*S. Chrysostom. 2. in 1. Thesa.*  
Est re vera amicus ipsa luce iucun-  
dior germanum dico. Et ne mireris.  
Est enim nobis solem hunc extin-  
gui iucundius, quam amicoru con-  
suetudine priuari: iucundiū in te-  
nebris agere, quam sine amicis esse.  
Et quomodo dicam? Quia multi so-  
lem istū videntes, in tenebris sunt;  
qui verò amicorum copiam adepti  
sunt, nec in afflictionibus quidem  
tristitiam habent.

*S. Tho. Opusc. de dilect. Dei cap.*  
9. Amicus es hominis, qui simplex  
homo? Ergo debes esse amicus po-  
tius eius, qui summus est honos, cū  
etiam inter homines magis appetas  
esse amicus magnatorum.

*Cap. 8. §. 1. S. Bernard. serm. 5.*

# Indice de autoridades Latinas.

*in Dedicat. Eccles.* Quid est homo, quia magnificas cum? (ait fidelis, & deuota confessio) aut apponis eum cor tuum? Quid? sine dubio vanitati similis factus est homo, ad nihil redatus est homo, quomodo tamen penitus nihil est, quem magnificat Deus? Quomodo nihil erga quem appositum est cor diuinum.

*Ibidem.* Respiremus fratres, & si nihil sumus in cordibus nostris, forte in corde Dei potest aliud latere de nobis. O Pater misericordiarum! O Pater misorum! quid apponis erga eos cor tuum? Scio, scio: ubi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum. Quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus?

*Richardus Victorinus de Gradibus violent. Charis.* Primus ergo violentiae gradus est, quando mens desiderio suo resistere non potest. Secundus autem gradus est, quando illud obliuisci non potest. Tertius vero gradus est, quando ei separare non potest. Quartus autem, qui est ultimus, quando nec ipsum ei satisfacere potest. In primo itaque gradu amor insuperabilis, in secundo inseparabilis, in tertio singularis, in quarto infatiabilis. Insuperabilis est, qui affectui non cedit: inseparabilis, qui à memoria nunquam recedit: singularis, qui solum non recipit: infatiabilis, cum ei satisficeri non possit. Et quamvis per singulos gradus possint notari singula; specialius tamen in primo gradu notatur amoris excellentia, in secundo

eius vehementia, in quarto eius supereminentia. Quanta enim excellentia amoris, quæ omnem alij effectum excedit? Quanta quæfo vehementia dilectionis, quæ mentem quiescere non finit? Quanta obsecro violentia charitatis, quæ omnem alium effectum violenter expellit? Quanta supereminentia emulationis, cui omnino nihil sufficit?

*Basilius Select. Orat. 4 in Genes.* Tale est Numinis ingenii virtute cum vincat hominum amore viaci.

*Ricbar. Victorinus de Gradibus Charitat.* O insuperabilis virtus charitas, quæ ipsum quoque insuperabilem superasti, & cui omnia subiecta sunt omnibus quodammodo subiecisti, dum virtus amore Deus humiliavit semetipsum formam servi accipiens.

*Sanctus Anselmus lib. 1. Epistol. 64.* Charitas nunquam non vult quantū potest, & semper vult plusquam potest.

*Cap. 9 §. 1. Sanct. Augustin. lib. 13. de Trinit. cap. 8.* Natura cum à suo conditore iustificatur à deformi forma formosam transfertur in formam.

*Blosius in Speculo cap. 3.* Tanta enim est elegancia, & formositas animæ rationalis, quam peccatorum fortes non deturant, vt si tu eam clarius cernere posses, vix scires præ admiratione, & gaudio, ubi nam es.

*Sancta Brigitta lib. 2. Reuelat. cap. 18.* Si enim videres spiritua-

# Indice de autoridades Latinas.

Iem pulchritudinem Angelorum, & animarum sanctorum, corpus tuum non sufficeret videre, sed rumperetur quasi vas corruptum, & putridum propter gaudium animæ ex visione.

§. 1. Sanct. Chrysostom homil. 1. in Epist. ad Ephes. Quemadmodum enim, si quispiam vnum ex eorum numero, qui cutim habent extima scabie operari desumpserit curandum: adde peste vitiarum, aut morbo incurabili, senioque defectum, præterea paupertate atque inedia: hunc talem confessum reddat ex deformi, bonitate formæ conspicuū ex vetulo iuueniculum, vt qui cunctis ante cat præstantia decoris eximij? Qui ex ipsis malis splendorem eiubret, qui oculorum iectibus iubar quoddam roseum occultet. Deinde nostrum hunc seniculum in ipso constitutat flore ætatis. Ad hec purpureo circumdet amiculo, caput cingat diademate, omnique cultu condecoret. Ad hunc sane, modum animam nostram adornauit, elegantem reddidit, ac desiderabilem, & mire amabilem. Angeli enim ipsi vehementer affectant talem contemplari animam Archangeli, omnes denique sancti? Sic nos cunctis mirifice gratosos condidit Deus, sibiique etiam desiderabiles.

§. 3. Sancta Brigitta lib. 2. Relation. cap. 18. Si videres dæmones sicut sunt, aut viueres cum nimio dolore, aut morereris per subitanam mortem propter terribilem visionem eorum, ideo videntur te

bi spiritualia, quasi corporalia.

Cap. 10. §. 1. Sanct. Bonaventura. in 1. dist. 14 art. 2. quæs. 1. Spiritus Sanctus datur ad vniendum, & colligandum membra corporis mystici; sed membra corporis mystici sunt membra inuicem vnta, sicut ipse Dominus petit, vt sint consummati in vnum; sed perfecta vniō non est, nisi in uno simplici. Ergo membra vniuntur per aliquod, quod est vnum, & idem in omnibus, hoc autem non potest esse donum creatum; sed in creatum, ergo necesse est cum dono creato dari in creatum.

§. 2. Sanct. Chrysostom. homil. 8. 3. in Matth. Non enim satis habuit fieri hominem, aut flagellis coedi, & crucifigi; sed nos secum in eandem quasi massam coagmentat, idem corpus efficit, non fide solū, sed re ipsa.

Idem Chrysostom. homil. 5. 5. in Ioan. Cum enim suum in nos amorem demonstrare vellet, se ipsum nobis commiscerit, & corpus suum in nos permiscere voluit, vt vnum quid efficeremur, vt corpus capiti coaptatum; id enim est vehementer a. mantium.

S. Cyrillus Alexand. lib. 4. in Ioan. cap. 17. Sicut enim si quis liquefactæ ceræ alia ceram infunditerit, alteram cum altera per totum commisceat necesse est: si quis carnem, & sanguinem Domini recipit, cum ipso ita coniungatur necesse est, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.

Idem ibidem. Non mortem solū, verum

# Indice de autoridades Latinas.

verum etiam morbos omnes depel-  
lit. Sedat enim, cū in nobis maneat  
Christus, saeuentem membrorum  
nostrorū legem, pietatē corroborat,  
perturbationes animi extinguit,  
nec in quibus sumus peccati consi-  
derat, sed ægrotos curat, collisos re-  
dintegrit, & sicut Pastor bonus,  
quianimam suam pro cuiibus pos-  
suit ab omni nos erigit casu.

S. Cbrysoſt. aduersus perturba-  
tionem ire. Quomodo à tām perni-  
ciosa peste liberabimur? Si calicem  
Domini biberimus, qui vermes, qui  
intra nos sunt, serpentesque morti-  
ficat.

Salian.lib. 11. de Amore Dei, c.  
11. Quod si iustitia originis, quæ  
spiritualis erat ad corpus quoq; per-  
tinebat, sic vt degustato in tali fru-  
ctu amoris imperio, à rādio, à defatig-  
atione eximeretur; exigit profe-  
cto ratio, vt qui castè, ac pure Chri-  
sto in hoc Sacramento iungitur,  
singularem ei alacritatem confe-  
rat, ac vigorē ad virtutem actio-  
nes, & carnis contumaciam dete-  
rendam.

S. S. Hieron. supra Matth. 17:  
Apostoli nequaquam homines, sed  
Dij appellātur, cum enim dixisset.  
Quē dicunt homines esse filiū ho-  
minis? Statim subiecit. Vos autem  
quem me esse dicitis. Quasi diceret.  
Hominibus, vos quia hominis sunt  
humana opinantibus, vos qui estis  
Dij quem me esse existimat?

Sanct. Anselm.lib. de Similitud.  
cap. 66. Ad hoc intende quæſo, &  
intellige, quia nullum iustorum ab  
ista Deitate exceptit Deus, ybi ait:

Dij estis, & filij excelsi omnes.

Cap. 11. §. 1. S. Thom. Opus. de  
Dilect. Dei, cap. 13. Quantum res  
significata præcellit signum tantū  
amor, & vnitas Dei ad animā amo-  
rem sponsi ad sponsam, animæ ad  
Deum, sponsæ ad sponsum.

Ibidem ibidem. Sic miro modo Deus  
te, ô anima mea diligit totus totam,  
vt non minus diligat te diligens te-  
cum, & aliam, aliam inquam à te  
in substantia, vnam autem tecum  
in charitate, & amicitia, nec plus  
te amaret, si illam amaret, quini-  
mo si tibi socias non dedisset mi-  
nus forsitan, quam nunc amare pos-  
set. Non sic Iacob, cui permisum  
est plures sponsas habere, nec tamē  
datum est, vt vnamquamque ipsa-  
rum posset, vt solum totus ama-  
re. Cæterū hoc video in Deo esse  
omnipotentiæ, & omnipotētis bo-  
nitatis.

Ibidem. Verum inter te, ô anima  
mea, & Deum matrimonium, quod  
in Baptismo initiatum, in bona vi-  
ta ratum, in patria fuerit consum-  
matum, post illius vniū primum  
consortium impossibile est esse di-  
vortium.

Ibidem. Proles vtilior est, & mul-  
tiplicior bonorum scilicet operū.  
Fæcundat enim sponsus sponsam.  
Deus animā per gratiam progre-  
diturque proles ab ambobus vnitis.

Ibidem. Hæc vtilis proles, quæ  
matrem non perimit, sed ei vitam  
æternam acquirit, sicut ē contra-  
rio concupiscentia cum concepe-  
rit, parit peccatū, peccatum autē cū  
fuerit consummatum generat mor-  
tem

# Indice de autoridades Latinas.

tem Psalm. 7. concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Hinc non Bennoni filius doloris, sed si prius fortè filius laboris, postmodum filius gaudij, & honoris; quoniam & si mulier cum sic parit tristitiam habet, cum autem peperit iam non meminit præsuræ propter gaudium.

*Ibidem.* Tu ama potius filiū, quē Spiritu Sancto superueniente in vtero mentis concipis mundiūs, gestas iucundiūs, paris securiūs, educas faciliūs, qui sit senectutis tux baculus, cecutientis oculus, qui filiali fide in morte tua meminerit tui, cūm etiam in morte sua matris oblitus non fuerit.

*S. Bernard. Serm. 33. in Canticis.* Speciali prærogatiua intimis illum affectibus, atq; ipfis medullis cordis cælitus illapsum suscipiat habeatque præsto quem desiderat nō figuratum, sed infusum, non apparentem, sed efficientem.

*Sant. Ephrem de Timore Domini.* Aducniente diuina gratia dulcescat omnis amaritudo mea. Gratia enim præsentia simul cum cordis compunctione animi dulcedinem, & tranquillitatem affert. Exhilarant vnde diuinæ gratiæ, iubarque Sancti Spiritus nostra peccata, faciuntque vt anima repente omnium rerum terrenarum cupiditatumque carnalium, ac noxiorum obliuiscatur. Fouēt igitur unde diuinæ gratiæ intellectum simul, & animam. Similisque est gratia Dei in anima nostra, horro regio, pulchris arboribus, & fructibus vo-

bis pleno, qui tūm sapore, tūm odore, tūm iucunditate, & pulchritudine sua, mirificam cunctis sensibus delectationem, ac recreationem affordunt. Ita, & diuinæ gratiæ fructus, ac medicamenta nobis splendore, dulcedinem, lætitiamque præbent. O Beata illa anima, quæ operibus diuinæ gratiæ resplendet, illustratur enim eius splendore, afficitur dulcedine, contemplationisque ac suauissimi illius odoris gaudio perfunditur. Iterum dico. O Beata illa anima, quæ cunctis diuinæ gratiæ muneribus ornata est! Nihil anima illa intuetur in terra, sed tota desixa hæret in Deo, cum neque sponsi suauitas, & gratia, illâ aliorum se vertere permettat.

*Cap. 12 §. 1. Philip. Abbas lib. 3. in Cant. cap. 16.* Quod exiguunt iura sponsalia nobis esse cuncta cœmunia gaudeamus.

*Gerv. in tom. 2. serm. de Dominio Enarg.* Pulchrior est Dominatio, fæcundior, atque diuinior, quæ ex titulo gratiæ, quam ea, quæ ex titulo ciuilis, aut polyticæ iustitiæ oritur, & accrescit.

*Ibidem* Monarchatus ex titulo gratiæ cœsurgens, fuit restitus per Christi passionem extensus, & vberius quam fuisset ante peccatum. Extensus dixi, quoniā infernū damnatorum hominum, & eorum multitudo, atque peccata non fuissent.

*Ibedem.* Titulum gratiæ commodissimum, & præclarissimum, quo habitu dantur nobis omnia in manus longè projiciant.

# Indice de autoridades Latinas.

*Ibidem.* Quid enim mirabilius, quid ad audiendum iucundius, quam vniuersisq; fidelium instar Christi Monarcha sit omnium?

*Brigitæ aures dilectissimi.*

Hilarescat facies, serenetur oculi, omnis exurgat affectio, gratiatum resonent actiones. Os, lingua, mens sensus, vigor confessionem, iubilum, benedictionem, & laudem personent. Quæ ratio? Quæ tantorum nouitas gaudiorum? Magna valde præclara insignis nihil supra: quia iam non uno, sed triplici titulo Christianus Monarcha est, Christiano omnia dedit in manus. Christianum fas est dicere potentissimum. Audebo dicere, & omnipotentissimum, & arguare blasphemiae, si non hoc Apostolus similis nobis de se dixerit: Omnia possum, omnipotens sum exponit Bernard in eo qui me confortat Christus ad Philip. 4. Si parua est Apostoli authoritas tibi satis sit illa Christi, qui ait: Credenti nihil est impossibile Matth. 17. Si quis adhuc hesitat, & prohibito nos fingere putat, quæ dicimus super hoc vinculi dominio audiat Apostolum ad Rom. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam nō cū illo nobis omnia donauit? Ecce qualiter. O fidelis anima perspicuum habes Apostolitemonium Imo argumentum, quod omnia dedit tibi Pater in manus. De quo Patrem scribens r. ad Timoth. 6 afferit, quod præstat nobis abunde omnia ad fruendū. Hoc dominium Hieronymus ad Pauli-

num scribens non tocuit. Credenti, ait totus mundus diuinitatum est.

*S. 2. Senec. de Benef. 7. cap. 3.* Ingentis spiritus res est, cum Oriente, Occidenteque lustraveris animo; cum tot animalia, tantam copiam rerum, quas natura beatissime fundit, aspexeris, emittere hāc Dei vocem omnia mea sunt.

*Tull. lib. 3. de Finibus.* Rectius enim appellabitur Rex, quam Tarquinius, qui nec se, nec suos regere potuit.

*Philo lib. de Abram.* Sicut Gubernator in naui, Magistratus in Civitate, Imperator in exercitu, anima in corpore, mens in anima. Sic re vera Princeps est sapiens in genere humano.

*Senec. de Benef. cap. 4.* Nihil prohibet, aliquid & sapientis esse, & eius cui datum, & assignatum est. Iure ciuili omnia Regis sunt: & tamen illa, quorum ad Regem pertinent vniuersa possessio, in singulos Dominos descripta sunt, & unaquæque res habet possessorem suum. Ad Reges enim potestas pertinet, ad singulos dominium.

*Apulei. de Philos.* Diuitem hunc solum quippe cum thesauris omnibus pretiosiores soius videatur possidere virtutes: quia etiam solum sapiens opes potest in visib; necessariis regere, videre dicitur simus debet.

*Tullius Parad. vii.* Quis sit igitur siquidem ut quisque quod plurimis possideat, ita dicitissimus habendus sit dubitet, quia in virtute diuinitate sint, quoniam nulla possessio, nulla

# Indice de autoridades Latinas.

vis auri, & argenti, pluris quam  
virtus estimanda est.

*Sextus Empyricus aduersus Mathe.* Qui ea possidet, quæ sunt magna estimationis, & magni pretij est diues. Virtus autem est magni pretij, & estimationis, solusque sapiens eam possidet; solus ergo est diues.

*Philippus Abbas lib. 3. in Cant. cap. 10.* Quæ olim, cum peccaret, alieno se dominio mancipauit, & recentem sibi Deum, possessoremque alium usurpauit: postquam nouo afflata spiritu à prædictis erratis fit immunis, nostra iure dicta est amborum videlicet possessio iam communis. Quorum enim unus est spiritus, una caro, nihil deinceps habere dicendi sunt, non cōmune; sed quod sponsæ est, sponsus sibi satis vēdicat opportunè: cum & id quod suum est, velit tanquam non sibi proprium retinere, sed cum illa communicet, ut omnia communia simul gaudeant se habere. Pater noster, qui est in cælis. Si Patrem inquam, qui est in cælis, nō meum propriè, sed communiter nostrum dico, rectè sponsam terram quoque non tuam, sed potius nostram dico: quia sicut dono dedi participem fieri tē meorum, sic meo magis quam tuo datis munere, participem sum tuorū.

*S. Angela de Fulginio cap. ultimo.* Ecce Deus dicit: omnia mea tua sunt. O quis est qui mercatur hoc, quod omnia bona Dei sint sua; in veritate non est aliud, quod mereatur nisi charitas.

*Gerson Serm. de Domin. Euangelio.* Quoniam sicut tu Deus tuum

communicas dominium absque deperditione, & abdicatione. Sic iusto culibet fas est compati secum quantumlibet plures dominos; & nihil deperdere, imò extensus habere dominium. Propterea non habet necesse justus contendere in iudicio propter hoc dominium sciens omnia esse sua, ubicumque, & quo cumque fuerat transportata, siue collocata. Usurpare quoque sibi fas est vocem illam Philosophi cuiusdam ab incensa urbe sua fugientis, & nihil bonorum terrenorum se cū farentis. Omnia mea, inquit, mecum porto. Seuiant tyranni fortuna ferox insurgat aduersus istud corpus, aut bona quælibet extrinseca nihil ab eo rapietur, quin in suum dominium, & compodum referetur, & seruat etiam pro statu naturæ lapsæ; quia de statu naturæ integræ, vel glorificata nulla est dubitatio.

*Idem ibidem:* Sciat experti, quod loquimur. Sic plus absque villa estimatione acquirit liberalis charitas ergando, & communicando quām referuando, & appropriando possit auara, sordidaque tecnicitas.

*Guillelm. Parisiensis lib. de Meritis.* Illud quippe solum iustitia titulo possidemus, quod totaliter Deus possidet in nobis, hoc est, quo totaliter eidem seruimus, alias autem non solum usurpatores, sed etiā fures sumus. In nullo enim quid: quā juris habemus nisi in eo, de quo Deo seruimus, & in quātum de illo seruimus eidem, & hæc est societas.

# Indice de autoridades Latinas.

inter nos, & ipsum Deum, ut totum sit eius, & totum nostrum, quidquid habere videmur.

## LIBRO III.

**C**ap. 1. §. 1. sanct. Thom. Opus de Dilectione Dei. Sicut voluntas procedit à substâlia animæ. Sic charitas ex gratia, sed & alia virtutes in potentijs ex gratia sunt: sed omnes præter charitatem informes sunt, & sine gratia esse non possunt. Influxa ergo à Deo essentia & forma, & gratia in substantia animæ influitur, & habitus charitatis in potentia voluntatis.

**S. August. Epist. 106.** Charitas usq; ad eod donū Dei est, ut Deus dicatur.

**S. Thom. 2. 2. q. 23. ar. 2. ad 3.** Facit effectum infinitum dum coniungit animam Deo.

**- S. Laurent. Iustinian. in Ligno vita de Charit. cap. 3.** Cæteris virtutibus commendabilior est charitas, quæ ob suam dignitatem oleo compatur inter liquida. Oleum enim superenatat alijs liquoribus, sic & charitas cæteris virtutibus. Si namque absque charitate martyrium tulerimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem dederimus, huic operi nō tam præmium, quam poena debetur, & perfidæ magis tormenta quam corona victoriæ. Comparatur etiam auro inter metalla. Nam opera de genere bonorum plumbea nulliusque valoris sunt sine charitate. Non enim numerositas operum, non diurnitas temporum, sed aurea charitas auget merita.

tum. Omne quod patet, & quod latet in diuinis codicibus tenet, qui charitatē seruat in moribus, de qua dicitur in Apocalipsi: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum ut lo cuples fias. Propter ipsius quoque excellentiam comparatur charitas igni, de quo Dominus: Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat. Meritoque igni comparatur, quia sicut ignis imperio è ferrum, quasi ignem efficit: ita charitas ignitam reddit animam, quam possidet. Mens enim quam semel afficerit charitas sui iuris, esse non potest. Metuit, quod nexit, dolet quod non oportet, sollicitatur plus, quam voluerit, comparitur nolens, miseretur inuita. Ignis quoque nunquam est ociosus, sic nec charitas. Amor enim Dei nunquam ociosus est operatur magna, si est; si autem operari renuit amor non est. Splendorem adducit ignis, quod facit charitas. Non enim clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis: si non arserit in officina charitatis. Ignis in puluerem redigit; illud enim agit charitas. Loquar, zit Abraham ad Domjnū meum; cum sit puluis, & cinis. Ignis tendit sursum: similiter & charitas. Cupio disolui, & esse cum Christo, dicit Paulus, qui plenus erat charitate. Hoc enim habet sancta, & impatiens charitas, ut quem desiderat semper videre, & inuenire se credat. Ignorat siquidem aliunde, quam de dilecto cogitare, id est in cælum fertur, ubi suum cognoscit esse amorem. Ignis consumit,

# Indice de autoridades Latinas.

sic & charitas. Tanto namque igne peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor charitatis igne concrematur. Ipsa matri comparatur, cuius affectio inter officia, & affectus est efficacior. Sic charitas omnium virtutum mater est.

*Ibidem.* Ipsa inter fructus spiritus excellentia prima numeratur dicente Apostolo: fructus spiritus charitas. Quæ autem alia fructus spiritus debuit tenere primatū nisi charitas, sine qua cæteræ virtutes non reputantur esse virtutes. Ante enim quam ipsa adsit nullus fructus gratus est, ubi vero charitas ibi multus fructus.

*§. 2. S. Thom. 2. 2 quæst. 23. art. 2. in corpore.* Nulla virtus habet tantam inclinationē ad suum actū, sicut charitas, nec aliqua ita destabiliter operatur.

*S. Prosper. lib. 3. de Vita Contemplativa cap. 13.* Affectionum omnium potentissimam in omnibus semper inuidetam.

*Seneca Epist. 51.* Proinde quæcūque cor tuum laniant, quæ si aliter extrahi nequirent cor ipsum cum illis reuelendum est.

*Cap. 2. § 1. Senec. Epist. 31.* Hoc est sumimum bonum, quod si occupas, incipis Deorum socius esse nō supplex.

*Cicer. 2. de Natura Deorum de Virtutibus.* Vita beata existit pars, & simili: Deorum nulla re nisi immortalitate, quæ nihil ad benè vivendum pertinet cedens cœlestibus.

*Seneca lib. de Prudentia, Bo-*

nus ipse tempore tatum à Deo differt.

*Cap. 3. § 1. Dionysius Carthus. tract. 1. de Donis Spiritus Sancti, art. 15.* Sic ut per animam sortitur homo esse naturale, atque specificum, ita per gratiam recipit esse spirituale, atque diuinum. Et sicut ab una simplici essentia animæ fluunt, non solum diuersæ potentiae; sed etiam coordinatae in dignitate, & processione ( dicitur enim anima causa vnius poteriorum per aliam) sic ab una simplici gratia manant diuersæ virtutes, ac dona: sicq; gratia ramificari prohibetur in habitus virtutum, atque donorum.

*S. Macharius homil. 1* Ducuntur Cherubim, non quo volunt pergere, sed quo secesserunt, & auriga dirigit, & libuerit illi, eo progrediuntur, & illos sustentat. Manus enim inquit hominis sub illis erat, aguntur animæ sanctæ, & diriguntur à Christi spiritu ducente quo voluerit, & quando voluerit.

*§. 2. S. Gregor. lib. 1. Moral. cap. 26.* Donum spiritus, quod in subiecta mente ante aliam prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam format eadem mentem, & contra singula quæque tentationes erudit, in septem mox virtutibus temperat, vt contra stultitiam, sapientiam: contra hebetudinem, intelléctum; contra præcipitationem, cōsilium; cōtra timorem, fortitudinem; contra ignorantiam, scientiam; cōtra duritiam, pietatem; cōtra superbia, Dei timorem.

*Dionysius ubi sup. art. 10. Deus non*

# Indice de autoridades Latinas.

non solum perficit hominem contra obliquitates vitiorum per habitus virtutum; sed insuper perficit eum ad expediendum se contra impedimenta virtutum, atque syncommata, seu reliquias vitiorum per habitus donorum; videlicet ut expeditè, ac promptè virtutum impedimenta repellat, atque suppeditet. Tot ergò dona esse oportet, quot ad talementuppeditionem sufficiant. Indiget autem anima septiformiter expeditiri, si omnia vitia expeditissimè debeat evitare. Primo quidem contra superbiam, quod fit per donum timoris, de quo ait Scriptura: Qui timet Deum, nihil negligit. Et rursus: timor Domini expellit peccatum. Cum enim omnium vitiorum cohererat matrem, id est, superbiam, nihil negligit: atque omne peccatum expellit. Secundo contra inuidiam, quod fit per pietatem quā constat esse proximis benevolam, atque beneficam: quippe quā teste Apostolo ad omnia utiles est. Qui enim diligit proximum, legem implebit. Pietas ergò in quantum est donum, charitatem fraternalm munit, confortat, ac fulcit: quatenus omne vitium inuidiae expeditissimè destruat, semperque benignum, ac dulcem affectum fratri impeditat. Tertiò contra iram, quā est insanía animi, quod fit per donum scientiæ. Quartò contra accidiam, quod fit per donum fortitudinis. Hæc enim mentem ad diuina robusta reddit ac agilem. Quintò contra avaritiā, quod fit per donum confilij, per quam homo spontaneam paupertati

em amplectitur, sicque affectum à terrenis expeditum sortitur. Sexto contra gulam, quā mentis lucem obtenebrat, Saluatore dicente: Videlicet ne grauentur corda vestra crapula, vel ebrietate, quā sunt species gulæ, quod fit per donum intellectus, qui animam acuit, & ea quā rationem obnubilant, faciliter reiicit. Septimò contra luxuriam, quā visum mentalem prossus exercitat, in tantum ut in ipso actu venereo non sit possibile vti aliquo actu partis intellectu, ita absorbet delectatio illa carnalis actum rationis secundum Augustinum. Unde secundum Hieronymū spiritus Prophetiæ corda Prophetarū in tali actu non tetigit, hoc autem fit per sapientiæ donum, cuius illuminatio tanta est, ut hanc mentis exercitatem expellere, aut certè moderari præualeat.

*Idem Dionysius art. 12.* Horum inquit donorum primum est timor Domini, tanquam fundamentum aliorum. Hunc enim Spiritus Sanctus in campo mentis supponit atque alia dona in suis ordinibus vñlu in ædificio superimponit. Primo Spiritus Sanctus metuere facit hominem, ne cū Dæmonibus torqueatur. Huius denique timori Spiritus Sanctus immediate superimponit pietatem, dum menti taliter formidanti, sui ipsius, ac proximorum compassionem aspirat, ac pie recolere facit quod misera erit si separetur à Deo, torqueaturque in inferno. Unde in Ecclesiastico scribitur: Miserere animæ tuae be-

# Indice de autoridades Latinas.

ne placens Deo. Et rursus: Benefacit animæ suæ vir misericors. Rationabiliter ergo à dono timoris ad donum pietatis ascenditur. Dono quoque pietatis super imponit Spiritus Sanctus donum scientiæ, dum mens sic sibi metuit, atque comparatur, ut qualiter saluari queat scrutetur, eique Spiritus Sanctus huius rei cognitionem largitur. Dono autem scientiæ superimponit Spiritus veritatis in ædificio mentis donum fortitudinis, quam cum mens pauida timet, & sibi mox condolet, quod etiam agendum sit recognoscit, necesse est, ut dono Spiritus Sancti reddatur fortis ad operandum, quæ didicit, & quibus se posse saluari confidit. Scientia namque sine idonea, atq; laudabili vita nil proficit, sed obest. Porro dono fortitudinis superimponit spiritus donū consilij: quia dum mens ad operandum facta est fortis, quæ pietate timido nouit agenda sui experimento didicit ex Spiritu Sancto, quod de omnibus istis consulere debeat. Est enim consilium habitualis perfectionis mentis à Spiritu Sancto impressa; quo secundum diuinum consilium ad operandum in omnibus homo mouetur. Dono autem consilij superimponit Spiritus Sanctus donum intellectus; quatenus post prædictorum perfectionem donū intelligat homo, cur hæc, & alia fieri debeant, quodque à solo Deo remuneracione expectet, & accipiat. Postremo prædictis donis accumulat Spiritus Sanctus dono sapientiæ quatenus quod dono intelle-

ctus recte cognoscit, illud sibi dono sapientiæ sapidum, atque dulcissimum fiat; ac per hoc solo æquitatis amore sequatur, quod intelligat secundum.

*Cap. 4 §. 1. S. Bernard. ser. 39: in Cant.* Nec miraueris vnum animam equitatus multitudini similitudinem; si aduertas, quæ in ipsa una, quæ tam sancta anima sit, virtutum acies habeantur, quanta in affectionibus ordinatio, quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror, quæta deniq; ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum, terribilis ut castrorum acies ordinata.

*S. Ioan. Damasc. lib. 2 de Fide, cap. 4.* Nihil est malum nisi priuatio boni: sicut tenebrae luminis.

*S. August. lib. 11. de Ciuit.ca. 9:* Mali nulla natura est, sed amissio boni: mali nomen accepit.

*Cap. 5 §. 4. S. Chrys. hom. 11. in priorē ad Thesal.* Quemadmodū si quis locis huius lychneo, aquam inspergeret, & puluerem, & si nihil horum inspergeret; sed oleum dumtaxat eximeret, lucem extingueret: ita habet, & donū spiritus. Siue namque res terrenas, & rerum fluxarum curas insperseris, extingues spiritū. Siue etiam si tu nihil tale feceris, aliunde tamen tentationis vehemens impulsus instar cuiusdam venti irruerit, & flamma valida non fuetit, aut parvū olei habuerit, aut foramen nō obturaueris, vel ostium non occluseris, omnia peribunt.

# Indice de autoridades Latinas.

bunt. Quod verò est hoc foramen? Quemadmodū in lychno habentur, ita & in nobis formina sunt oculi, & aures, ne sinas illis occurrere validū malitiæ flatum, alioquin lychnum extingues; sed obtura foramina timore Dei, lanua os est, claudet. Ita scilicet occlude, vt lucē exhibeat, & externū impulsū repellat, ut poterit cōstitutus quisquā. Tu clade os tuū: si enim aperueris cōcibitis magis ventū hunc. Nō vides in ædibus, quando ē regione duæ ianuæ oppositæ sunt, & flatus vehe mens irruerit, si alterā clausuris, & respiratio prohibita fuerit, quomo do nihil valeat efficere flatus; sed plurimū de robore illius præcidatur? Ita & hic, duæ sunt ianuæ. Ostiū est os illius, qui te vituperat, & probro afficit. Si tuū occluseris, & spirationē non dederis, omnē flatū istum extingues. Si verò aperueris afferens reddetur. Ne extinguamus ergo spiritū. Fit autem sēpē numero, vt etiam nullo externo impulsu incubente extinguatur fax, quando videlicet oleum deficit, quando misericordiā nō facimus extinguitur spiritus. Extincto autē spiritu, quid reliquū est noslis quotquot intenebris cosa nocte ambulatis. Si verò de terra in terrā noctu ambulare difficile est, & molestū, quomodo tuū erit, eā viā; qua ex terra in cœlū tenditur sine hac luce ambulare. Ignoratis quod dæmones sīnt in illi intercedentiis spatio? Quot besiliz? Quot versutiz spiritales? Nam & latrones lampadem primum extinguunt, deinde latrocinantur.

§. 3. *Marsilius Ficinus lib. de Lumine, cap. 17.* Quemadmodū verò piorum præmium est mira quædam lucis participatio, ita suppli cium impiorū est ipsa priuatio lucis. Imo verò ipse met Sol diuinus, qui sanos vegetosque piorū oculos mirificè fouet, impiorū contra oculos languentes offendit, & conscientiam incendio vexat.

*Cap. 6. §. 1. S. Ambrofius lib. 7. in Lucam ad cap. 15.* Hoc quoque proficiat ad incentiuā probitatis, si unusquisque cōuercionem suā gratiam fere credat cætibus Angelorū, quorum, aut affectore patrocinij, aut vereri debet offensā. Et tu igitur esto Angelis lætitia, gaudeant de reditu suo.

*Cap. 7. §. 1. S. Bernard serm. 39. in Cant.* Noueris huiusmodi animā nunquam esse sine Angelorum custodia, qui cā æmulantur Dei æmulatione, solliciti suo viro seruare, & Virginem castam exhibere Christo. Ergo Angelicis fulta ministrijs, & superno stipata agmine spōsa incedens.

*Dionys. Cartibus in Psal. 90.* Custodiunt autem nos Angeli quantum in ipsis est, in omnibus vijs, hoc est, operibus nostris. In bonis enim actibus nos custodiūt, ne statim à dæmone rapiamur, & ne in vitijs persistamus. Custodiunt etiam nos à temptationibus dæmonum, ne quantum desiderant nos molestent, & à multis periculis metis, & corporis.

*Idem paulo post.* A diuuant enim sua virtute nostrā infirmitatē, & sua sapien-

# Indice de autoridades Latinas.

sapiencia tenebras cordis nostri illuminant: Sicque gradiuntur nobiscum portantes nos secum, cooperando nobis in omni bono opere.

*Paladius bift. Lausiac. cap. 20.*  
Habes Angelos, Archangelos, omnes supernas Potestates, Cherubim, & Seraphim, Deum omnium horum effectorem, illic versare; ne sub caelos descenderes, ne incideres in mundanas cogitationes.

*Cap. 8. §. 1. Sanct. Petrus Chrysolog. serm. 23.* O bonitas effusa! O inaudita pietas! O ineffabilis affectio, in societate sensus pastor ones assumit, atque ad consortium dominationis seruos Dominus adsciscit, ad participatum regni Rex gregem populi totius admittit: sic sicut, cui deficere sensus, cui regnum minui, cacuari potestas non potest, largiendo.

*S. Leo serm. 2. Quadrages.* Hac est perfectorum vera iustitia, ut nūquam præsumant se esse perfectos, ne ab itineris nondum finiti intentione cessantes incident in deficiendi periculum, ubi proficiendi desposuerint appetitum.

*Cæsar Areat. bomil 8.* Ille ipse Purgatorius ignis durior erit, quā quid potest pœnarium in hoc saeculo aut videri, aut cogitari, aut sentiri.

*Gerson de dominio Euangelico.* Monarchatus ex titulo gratiæ consurgens fuit restitutus per Christi passionem extensis, & uberiori, quam fuisse ante peccatum Extensis dixi, quoniam inferius damnatorum hominum, & eorum multi-

tudo, atque peccata non fuissent. Sunt tamen de dominio iusti, & ei militant ad coronam, & gaudium, & cautelam. Accedant ad hanc Monarchiam omnia Christi facta, dicta, & exempla, Sacra menta insuper omnia, postremo nouæ legis mysteria.

*§. 3. S. Leo serm. 1. de Natiuitate infine.* Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam, & diuinæ confors factus naturæ, noli in veterem vitalitatem degeneri conuertatione redire. Memento cuius capitii, & cuius corporis sis membrum.

*§. 4. Iobius Monachus apud Photij Bibliothecam.* Quomodo nobis expedire magis poscit Angelorum conditione produci, quando peccatum ipsorum pœnitentiam non recipit, & propterea omni quoque veniam careat: nostrum autem mortale genus etiam peccans per pœnitentiam rursum resurgat? Et certè post Christi Domini aduentum etiam in hominibus maiora opera videre licet, quam quæcumque ab Angelis fiunt. Ecce ego dico vobis (inquit Paulus) licet Angelus de cœlo Evangelizet vobis præter id, quod accepistis, anathema sit. Et iterum Michael quidem Archangelus non est ausus iudicium inferre blasphemico diabolo. Nos vero accepimus potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Neque Angelorum quisquam se, vel alium ausus est Deum, aut Dei filium appellare: Hominum vero genus, & Di, & filii Dei nominamur. Cum item de

# Indice de autoridades Latinas.

xiflet, qui inter illos Lucifer vocabatur, similem se futurum altissimo, soliumque supra cœlum collocaturū, illis ipsis, quæ tūc possidebat, bonis amissis in sœcula iudicio est, atque condemnatus manet: nobis tamen veritatis decretū protestatem illam fecit, vt similes Patri efficeremur, vnaque cum eius filio in thronis resideremus. Illud amplius conresuscitauit, & condere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu, & si sustinebimus, etiam conregnabimus. Et scimus (alius iterum Apostolus testatur) quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Itaque his ipsis, qui Angelorū honorem tantopere ambiant, iam cœcessus ille est. At qui peccamus, inquit promptius (verum) sed quāto id promptius, tanto etiam citius resurgimus, si modo volumus. Mille enim vias poenitendi, nosque salvandi sapientissimus Patronus donauit. At heustu Angelicæ cognationis amator maiore etiam mune- re dignus es habitus. Nam cognati iam Christi per carnem effecti sumus. Quod item ab illis peccatum est, tametsi forsitan minus est nostro maiori tamē poena punitur. Potentes enim potenter tormenta patiētut. Rursus quod illis grauiissimam adfert poenam, non parem nobis in pari delicto poenæ adducit grauitatem. Quin etiam in nobis citius deletur cum illis semel infusum peccatum maneat indelebille. Et nobis quidem nostra cum corpore coniunctio, venia causam præbet, illis vero quanto corpore præstantiores

habentur, tanto etiam minus depre-  
cabilis castigatio infligitur. Quā-  
obrem, & vas electionis ait An-  
gelos iudicauimus, quantō magis  
sœcularia. Et sancti mundum iudi-  
cabunt. Nimirum crassæ huic carni  
alligati, sed quæ meliora sunt re-  
peragentes liberos illos à corporeis  
vinculis, sed qui aut non paria no-  
stris, aut peiora etiam patrant iudi-  
camus, atque compescimus minore  
cū potestate, quod melius erat per-  
ficientes præ ijs, qui maiorem fa-  
cultatem obtinebant. Nobis insu-  
per peccatibus tota est vita ad pœ-  
nitentiam atque emendationē pro-  
posita; cum Angelos semel lapsos  
pœna mox consecuta sit. Caligi-  
ni enim, inquit, inferni immersos  
tradidit in iudicium custodiendos  
servare. Alijs sexcentis argumen-  
tis sapientissima Dei erga nos prö-  
udentia perspicitur, & eorum qui  
nos Angelos potius quam homines  
conditos volunt demētia, atque in-  
sania palam exponitur.

S. Gregorius Magnus homil. 8.  
in Euang. Angeli naturam nostrā  
quam prius de plexerant, postquam  
hanc supra se constitutam conspi-  
ciunt prostratam sibi videre perti-  
mescunt.

## LIBRO IIII.

CAP. I. §. I. Concilium Mile-  
uitanum cap. 4. Vtrumque est  
donum Dei, & scire quid facere de-  
beamus, & diligere ut faciamus.

Concilium Arausicanum Cap. 27.  
Nemo habet de suo nisi mendaciū,  
& peccatum.

# Indice de autoridades Latinas.

§. 2. S. Augustinus cap. 15. Soliloquiorum. Aperuisti mihi oculos lux, & excitasti, & illuminasti me, & vidi quoniam tentatio est hominis vita super terram; & quod gloriariri non valeat ante te omnis caro, nec iustificatur omnis viuens, quoniam si quid boni est parui, vel magni, donum tuum est. & nostrum non nisi malum est. Unde igitur gloriabitur omnis caro? Numquid de malo? Haec non est gloria, sed miseria. Sed numquid gloriabitur de bono? Numquid de alieno? Tuum Domine est bonum, tua est gloria.

Celestinus Papa Epist. ad Gal. Epist. cap. 9. Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bona voluntatis ex Deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem Doctor instituit, qui cum ad totius orbis Episcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quod ergo, ait, tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causisque, cogitationibus, motibus adiutor, & protector oratus est. Superbum est enim, ut quicquam sibi humana natura presumat, clamante Apostolo. Non est nobis colluctatio aduersum carnem, & sanguinem, sed contra Principes & potestates aëris huius.

Gerson tratt. de parvulis ad Chri. Nam trahendis. Plerumque fit iusto Dei iudicio; ut qui gratiam Dei vel neglexerit, vel repulerit; abu-

tens donis Dei, & talentis summi Patris familias in primo ætatis vi- gore, dum fas erat; postmodum ad eam veniendi nequaquam recursus habeatur.

S. Leo serm. 5. de Quadrag. Qua- uis enim ædificium nostrum sine opera sui non subsistat artificis; nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio fuerit conditoris, tamè quia rationales lapides sumus, & viua materies. Sic nos Auctoris nostri extruit manus, vt cum opifice suo, etiam is qui reparatur, operetur gratiæ igitur Dei obedientia se humano non subtrahat, ne ab illo bono, sine quo bona esse non potest, deficiat.

Hildebertus Epist. 33. Officiofissima est omnibus gratia Dei, & velut in eorum iurata obsequium.

Cap. 2 §. 1. S. Thom. I. 2. q. 109. ar. 8. In statu autem naturæ corrup- tæ indiget homo gratia habituali sanante naturam, ad hoc quod omni- nino à peccato abstineat.

Paulò poft. Sicut ergo inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi, non potest esse, quin contingant inordinati motus in appetitu sensitivo. Ita etiam ratione hominis non totaliter existente subiecta Deo consequens est, ut contingant multæ inordinationes in ipsis actibus rationis. Cum enim homo non habet cor suum firmatum in Deo, ut pro nullo bono consequendo, vel malo vitando ab eo separari vellet, occurruunt multa propter quæ conse- quenda, vel vitanda homo rece- dit à Deo, contemnendo præcep- ta

## Indice de autoridades Latinas.

ta ipsius; & ita peccat mortaliter, præcipue quia in repentinis homo operatur secundum finem præconceptum, & secundum habitum præexistentem, vt Philosoph. dicit in 3. Ethic. quamuis ex præmeditacione rationis homo possit aliquid agere præter ordinem finis præconcepti, & præter inclinationem habitus. Sed quia homo non potest semper esse in tali præmeditatione non potest contingere, vt diu permaneat, quin operetur secundum consequentiam voluntatis ordinatae a Deo, nisi citè per gratiam ad debitum ordinem reperatur.

S. Gregor. apud S. Thom. supra.  
Peccatum, quod mox per pœnitentiam non deletur suo pondere ad aliud trahit.

Cap. 4. §. 1. Cassianus collat. 12.  
cap. 12. Quis enim in se opera Domini non miretur cum insatiabilem ventris ingluuiem, & sumptuosam gulæ, perniciosaque luxuriam ita in se viderit fuisse compressam, vt vix ipsum exiguum, ac vilissimum cibum raro inuitusque percipiat? Quis non obstupecat opera Dei, cum illum ignem libidinis, quem naturalem anteæ, & velut inextinguibilem esse credebat, ita refriguisse persenserit, vt ne simplici quidem se corporis motu sentiat incitari? Quomodo non virtutem Domini contremiscat quisque, cum homines quosdam diros, atque truculentos, qui ad summum iracundiae furorem etiam blandissimis subditorum irritabaptur obse-

quijs ad tantam transisse viderit lenitatem, vt non solum nullis iam commoueantur injurijs, sed etiam eum illatæ fuerint summa magnanimitate congaudeat? Quis plane non miretur opera Dei, ac toto proclamet affectu. Quia ego cognoui, quod magnus est Dominus, cum velse, vel alium quempiam ex rapacissimo liberalem, ex prodigo continentem, ex superbo humilem, ex delicato, & tenero squallidum, hirsutumque perspexerit, & egestate, atque angustia præsentium rerum etiam voluntariè perfruentem? Ista sunt profecto mira opera Dei, quæ peculiâliter animam Prophetæ, similiumque eius misericordiam contemplationis intuitu stupefacta cognoscit? Ista sunt prodigia, quæ posuit super terram, quæ idem Prophetæ considerans ad admirationem eorum cunctos populos aduocat dicens. Venite, & videre opera Dei, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terræ, arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni. Quod enim maius potest esse prodigium, quam sub momento breuissimo, ex rapacissimis publicanis Apostolos fieri, ex persecutoribus truculentis, prædicatores Euangeli patientissimos reddi, ita vt eam quam prosequebantur fidem etiam effusione sui sanguinis propagarint? Ista sunt opera Dei, quæ se quotidiè una cum Patri operari filius protestatur dicens: Pater meus usque hodie operatur, & ego operor.

# Indice de autoridades Latinas.

*S. Bernard. serm. 85. in Cant. S. Sa-*  
*nè etiam contra se innitens inva-*  
*lescit, & facta se ipsa validior, coget*  
*pro ratione vniuersa, iram, metum*  
*cupiditatem, & gaudiū, veluti quē-*  
*dam animi currum bonus auriga re-*  
*get, & in captiuitatem rediget om-*  
*nem carnalem affectum, & carnis*  
*sensum ad nutum rationis in obse-*  
*quium virtutis. Quid ni omnia pos-*  
*sibilia sint innitenti super eum, qui*  
*omnia potest? Quantæ fiduciæ vox:*  
*Omnia possunt in eo; qui me con-*  
*fortat? Nihil omnipotentiam verbi*  
*clariori reddit, quam quod omni-*  
*potentes facit omnes qui sperant in*  
*se. Ita animus si non præsumat de se,*  
*sed si confortetur à verbo, poterit*  
*vtique dominari sui, vt non domi-*  
*netur ei omnis iniustitia. Ita inquā:*  
*verbo innixum, & indutum virtute*  
*ex alto nulla vis, nulla fraus, nulla*  
*iam illecebra poterit, vel stantem*  
*deicere, vel subiçere dominatorem.*

*S. Chrysostom. hom. 46. in cap. 21.*  
*Genes. Si eius gratiam nocti fueri-*  
*mus, nullus nobis præualebit; sed*  
*nos potentiores omnibus erimus.*

*Idem Chrysostom. hom. 54. in Gene-*  
*sim. Quando nobis superna gratia*  
*cooperatrix est, & difficultia faci-*  
*lia fiunt, & grauia leuia.*

*S. Augustin. de Verbis Apostol.*  
*serm. 6. Plus habet virium mens ad*  
*tenenda membra carnis, ne dentur*  
*in arma iniquitatis, quam ipsa con-*  
*cupiscentia carnis ad mouenda mem-*  
*bra carnis; si tamen Dei gratia adiu-*  
*uetur. Ob id scriptum est subtus te*  
*erit appetitus tuus, & tu domina-*  
*beris illius & Apostolus hortatur.*

Nō regnet peccatum in vestro mor-  
tali corpore, vt obediatis concupis-  
centijs eius.

*S. August. lib. 8. Confessionum*  
*cap. 12. Retinebant me nugæ nuga-*  
*rūm, & vanitates vanitatū antiquæ*  
*animæ meæ, & succutiebant vesclem*  
*meam carnem, & submurmurabāt.*  
*Dimitis ne nos? Et à momento isto*  
*non erimus tecum ultra in æter-*num? Et à momento isto non tibi li-**  
*cebit hoc, & illud ultra in æternum.*

*Et paulò infra.* Retardabant me  
cunctantem abrepere, atque excu-  
tere ab eis, & trahilere quo vocabar,  
cum diceret mihi consuetudo vio-  
lenta. Putasne sine ipsis poteris vi-  
uere?

*S. August. 9. Confession. Quam*  
*suaue mihi subito sanctum est care-*  
*re suavitatibus nugarum & quas*  
*amittere metus fuerat, jam dimitte-*  
*re gaudium erat. Ei ciebas enim eas*  
*à me vera tu, & summa suauitas, &*  
*intrabas pro eis omni voluptate*  
*dulcior, sed non carni, & sanguinis,*  
*omni luce clarior, omni secreto in-*  
*terior, omni honore sublimior, sed*  
*non sublimibus in se.*

*S. Cyprianus 2. lib. Epist. 2. Ego*  
*cum in tenebris, atque in cæca no-*  
*te iacerem, cumque in fallo iactan-*tis* fæculi mutabundus, ac dubius*  
*vestigijs oberrantibus fluctuarem*  
*difficile prosfus ac durum pro illis*  
*tunc moribus opinabar, quod in fa-*  
*lutem mihi diuina intelligētia pol-*  
*licebatur, vt quis renasci denuo*  
*posset, corporis licet manente com-*  
*page hominem ex animo, ac mente*  
*mutaret. Qui possibilis aiebam est*

# Indice de autoridades Latinas.

tanta conuersio, vt repente, ac perniciiter exuatur, vel quod genuinū situ materiae naturalis obduruit, vel usurpatum diū senio vetustatis inoleuit? Alta hæc & profunda penitus radice sederunt. Quando parsimoniam dicit, qui epularibus cœnis, & largis dapibus assuevit, & qui pretiosa veste cōspicuus in auro, atque in purpura fui sit, ad plebeium se, ac simplicem cultū quando deponit? Hic stipatus clientium cuneis frequentiore conitu officiosi agminis honestatus pœnam putat esse cum solus est. Tenacibus semper illecebris necesse est, vt solebat violentia inuitet, inflat superbia, iracundia inflammet, rapacitas inquietet, crudelitas stimulet, ambitio delebet, libido precipiter. Hæc egomet sæpè mecum. Nam vt ipse quam pluribus vitæ prioris erroribus implicatus tenebar, quibus exui me posse non crederem, sic vitijs adhærentibus obsecundās eram, & desperationem meliorum malis meis veluti iam proprijs, & vernaculis fauebam. Sed postquam vnde genitalis auxilio superioris æni labe detersa inexpiatum pectus, ac purum desparsæ lumen infudit, postquam cœlitus spiritu hausto in nouum me hominem nativitas secunda reparauit mirum in modum protinus confirmare se dubia, parere clausa, lucere tenebrosa facultatem dare, quod prius difficile videbatur geri posse, quod impossibile putabatur vt esset.

D. Gregor. in cap. 10. lib. 1. Reg.

lib. 4 cap. 4. Insilire spiritus Domini dicitur: quia electorū corda doni eius subito replentur. Et postea. Natura nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, vt quotidie labendo deficat, & deficiente veterascat. Sed qui in nobis metipis deficimus cum in nos ille spiritus infilit, renouamur: quia statim quod non eramus efficiamur. Tepidus erit quis, sed repente visitas à spiritu, fernens efficitur. Incipit ardore per deuotionem fortiter, exerceri in bono opere. In virum ergò aliū mutatus est, qui esse cœpit, quod ante insilientem spiritum in se esse non potuit. Iam bone conuersationis est aliquis, cœlestia amat, terrena despicit in lachrymarum fontes erumpit. In virum alium mutatur, qui compunctionis gratiam per aduentem spiritum suscipit, quam ante aduentum eiusdem spiritus, nō habebat. Repente autem raptus in virtute superuenientis spiritus esse carnalis desinit, potenter saceruli curas abijcit, & in æternorum contemplationem mira puritate consurgit. Miratur se tunc esse quod nō erat, miratur se tunc nō fuisse, quod est.

Idem S. Gregorius lib. 2. Moral. in cap. 2. lib. 1. Reg. Cum per gratiam suam Spiritus Sanctus electorum corda visitat, ab omni peccatorum immunditia potenter purgat quia vt se menti infunderit, cā protinus in vitiō odia, & in virtutum amorem ineffabiliter excitat. Facit eam statim odisse quod amabat, & quod odio habuerat, ardenter diligere.

# Indice de autoridades Latinas.

**Cap. 5 Sir. S. Chrysostom. r. ad Cor. 1.** Quisppè qui diuinā gratiam habet, &c li innumera mala perpetia tur non modo hominū nemine; sed ne diabolū quidē formidat. Verum qui Deū offendit, et si securus videatur, omnes tamen verecur. Instabile namq; est humanū genus, neq; ami ci dūtaxat, & fratres, sed parentes nonnunquā leui causa mutati, ammis filios, & filij parentes inuicem omni hoste grauius persecuti sunt. Cōsidera quāso habuit gratiā Dauid apud Deū: habuit Absalō apud homines. Quis vtriusque exitus? Vter majorē laudem executus est? Nemini obscurū. Abraham coram Deo, Pharao coram hominibus acceptus. Homines enim vt ei rē gratiam facerēt, iusti vxorē tradiderūt. Vter clarior euasit? Vter beatus? Nemo sanē ignorat. Et quid de iustis opus est dicere, habebāt gratiā Israēlitæ apud Deum, odio ab Agyptijs habebāntur; eos tamen deuictos in suā redegerunt potestate, quod planissimē constat. Hoc igitur omni conatu contendamus, et si quispiā seruus sit apud Deū potius, quā apud hærū suā gratiā inuenire annitur. Si mulier post habito vi ro Saluatoris nostri gratiā quārat: Si dux exēcitus supernam potius quā Regis, aut Principis sibi bene volētiā afflagitet, & hoc pacto hominū etiā tibi amorem conciliabis.

**Ioseph. lib. 7. Antiq. cap. 1.** Quāta, & qualia prāsumunt homines propter auariciā zelū, & Principatus affectū cū nulli cedere volunt. Nam concupiscentes hac adipisci,

per multa ad ea perueniunt. Quā rursus metuentes emittere, multo deterioribus actionibus, vt ea retineat impleantur: tanquā non sit æ quale malū adipisci velle tantūmodo magnitudinis potestatē. Et dum assueceret quilibet eis bonis, timet etiā rufus amittere, cū in retinēdo potius excelsior sit ærūna, & propereā crudeliora moliuntur; & p̄z timore ne amittant, que adepti sūt, cōmittere grauiora prāsumunt.

**§ 2. Philo de Ioseph.** In ipso gau dio metus sollicitabatur, nemores patrij deferentur.

**Gaien. lib de Curādīs animi morib.** Vt de illo possis ferre iudicū, num sit talis qualis esse perhibetur huiusmodi periculū. fac primum si videoas ab homine, & diuitū, & ap primē potentū, aut etiam Principū, ac Tirannorū ædes frequētari pro cōperto habeto, te frustra audiuisse hominem, omnia vera dicere solere (obsequia quippè istius modi mendaciū sequi consuevit) deinde siue id genus hominū salutantem, siue illis se ipsum cōitem exhibētem conuiuisvē illorū, ac cœnis inferentem cōspicias. Quisquis enim huiusce generis vitam sibi sequendam proposuit, non solūm non verax esse consuevit; sed etiā omnem malitiā habere necessariō. Quippe, qui aut pecuniārū, aut principatus, aut gloriā, aut honorū sit cupidus, & vel aliquibus horū sensum, vel omnibus simul insidietur. Quē vero neq; salutare, neque comitari id genus hominū. neq; cū valde potētibus, ac diuitib⁹ coenitare, sed fru-

# Indice de autoridades Latinas.

frugi, ac temperato viatu. vt solitū cōpereris, sperauerisque veridicū.

*Cap. 6. §. 1. S. Bonav. in v. 12. Lucca.* Hæc promissio est satis recta: quia qui querit regnū, & iustitiam eius est Dei seruus, Dei amicus, & Dei filius Rom. 8. Qui spiritū Dei agutur iij sunt filii Dei. Quod autem Deus desit seruo suo amico, & filio, vt ei nō prouideat, quæ sūt necessaria, valde peruersum est sentire: nā talis habet Deum, & talis habetur à Deo, & ideo habet per consequēs, quæ habet Deus.

*§. 2. S. Pet. Chrysolog. serm. 25.* Aufert spes anxias, dubios tollis euentus, omnēq; propellit, & excludit timorē, quando in exordio ipso regnū na'centibus pollicetur; quoniam cōplacuit Patri vestrō dare vobis regnū. Quid de victu, quis de vestitu, quis de plebeio censu, & vernalis cespitis vtilitate suspirat, de regno certus, de Dominatione secundus? Satis sibi inuidet, qui elevatus ad summa ipse se ad humilia deiicit, ad agena deponit.

*Ibidem.* Quid ergo cum terra illi, qui possidet cœlū? Quid illi cū humanis, qui adept⁹ estiā diuina? nisi fortè placent gemitus, eligūtur labores, amantur pericula pessima mors delestat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis.

*Idem ubi supra.* Dat Pater tatus consilium regnaturis, vendite quæ possidetis, & date eleemosynam si victuros vos, si regnatos, si vos iam diuites esse creditis in superbris, ubi futuri quo migraturi, ubi regnaturi estis, vos illa quæ vestrā

sunt iam præcedant: opes miseras misericordia cōputate, quæ humana sunt in diuina conuertite.

*Cap. 7. §. 1. Senec. Epis. 28.* Quidam se voluptatibus immergunt, quibus in consuetudinem abductis, carere non possunt: seruiunt voluntatibus non fruuntur, & mala sua quod malorum, ultimum est, amant.

*Ambroſius de Bono mortis.* Voluptates ſæculi eſcæ quædam fuit, & quod eſcæ malorum, eſcæ tentationum, dum voluptatem quæris, laqueos incurris.

*S. Chrysost. orat. 6. de Fato.* Sicut terra nimia aquarū copia superata calorem ſuū naturalem deperdit, & robur amittit, & neque ad culturā ſuam, neque ad fertilitatem idonea est, ſic graibus, & ſanabilibus morbis corripitur delitosus, tremore, & diſſolutione membrorū & tabe, per dium grauedine, manuum cruciati bus, & pluribus alijs. Mortiferis venenis nihil melius huiusmodi ſunt delitiæ, in dō verò, ſi verum dicendum sit, multo deterius: venenum quippè ſumentem confectim, ē medio tollit; delitiæ verò vitam multis mortibus miserabiliorē aferunt.

*S. Auguſtin. de Verbiis Domini.* Aurum amplius cruciat apudque largius fuerit.

*Senec. Epif. 60.* Iſtaquæ ſic petimus tanquam naturalitatem, ac voluptatem cauſæ dolorum ſunt.

*S. Bern. ser. 22. in Cant.* Avarus terrena eſurityt mēdicus fidelis cōtemnit, vt Dominus ille poſſiden-

# Indice de autoridades Latinas.

do mēdicat, ille contēnen do seruat.

S. Anselm. *Similitudinib. c. 72.* Sic agūt illi quihuius mudi honores appetūt, quomodo pueri qui sequuntur papiliones. Papiliones enim cū volāt, tramitē rectū nūquā tenent, sed huc illucque se agitant, cumq; alicubi residere videantur, nec ibi diū morantur, hos autē cum pueri capere volūt, citō post eos currere satagunt, sed qui nō ad pedes suos, sed ad papiliones intendūt aliquando in foueā cadūt, seq; immanner lēdunt, plerūque verō cū eos vidēt alicubi recessisse, sucedūt suā uiter, & cautē, vt eos valeant cōprehendere, quod dū faciunt, manibus quoq; plaudunt, & ad inuicē leui voce dicunt, ecce iā eos habebimus; sed cum proprius accedētes eos apprehendere tentāt, papiliones auolant, si quando verō eos apprehenderint, exultat de nihilo, quasi mag nū quid fuerint adepti. Similiter faciunt, qui huius mudi honores appetunt, honores enim huius mundi nunquā certā terent viam; sed incertis diuenticulis de uno ad alium transvolāt, cūque sub alicuius subfliterint potestate, nec ipsi diū possunt remanere. Hos ergo cum stulti homines assequi cupiunt, festinant post eos quibuscūq; modi possunt: & quia nō cōsiderant quo eos modo assequātur, sed vt quo modo adipiscātur, sāpē in grauia crīmina decidunt, quibus luas animas vehementer lēdunt aliquādo verō cum viderint eos alicubi quasi paratos sibi esse, accedunt illuc latenter, & multū callide, & quasi nullo sciēte

valeant eos obtinere quo dū appro priant, vehemēter gaudēt, & exultant; sed cum proprius accesserint, eosque se posse iā apprehēdere putauerint, honores de manibus corum se excutiunt, & aliqua de causa ad alios aliquos se transferunt, si quādo adepti fuerint, gratulantur quasi aliquem verum honorem fuerint assequuti, cum ad veri honoris culmen peruenire non possint, si non hos cum suorum satisfactione commissorum reliquerint.

S. Chrysoſt. Honores solitu dō infēparabiliter comitatur, pompa mundi, & fauor populi fūmus est, & aura subita euanescent.

S. August. *in epist. Ioan* Mundus transit, & cōcupiscentia eius. Quid vis utrum amare tēporalia, & transire cum tempore, an Christū amare, & in æternū viuere?

S. Cyprianus Epist. 2. Poculum videtur quod sumitur, ubi potaucis pernicies hausta grassatur.

S. 2. S. Ber. ser. de Dedicat. Auida mens hominis potest rebus creatis occupari, satiari non potest. Ergo capacem Deo animam quidquid Deo minus est non implebit.

S. August. *serm. 19. super Ioan.* Deus tibi totum est; si esuris, tibi panis est; si sitis, aqua tibi est; si intenebris es, lumen tibi est; si nudus es, immortalitatis tibi vestis est.

Cap. 8. §. 1. *Severinus Boetius lib. 4. Consolat. Philosopb prosa 2.* Quidquid à bono deficit esse deficit, quo sit, vt mali desinat esse quod fuerit. Sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis species ostētat.

Qua-

# *Indice de autoridades Latinas.*

Quare versi in malitiam humanam quoque amisere naturam. Sed cum ultra homines quemque prouehere sola probitas possit , necesse est , vt quos ab humana conditione deiccat intra homines meritum detrudat improbitas. Euenit igitur , vt quem transformatum vitijs videoas hominem existimare non possis. Atuaria feruet alienarum violetus creptor? Similem Lupi dixeris. Ferox, atque inquietus linguam litigij exerceat? Cani comparabilis. Insidiator occultis surripuisse fraudibus gaudet? Vulpeculis exequetur. Iræ intemperans fremit. Leonis animam gestare credatur. Pavidus ac fugax metuenda formidat? Coruis similis habeatur. Segnis, ac stupidus torpet? Afinum viuit. Leuuis ac inconstans studia permuta? Nihil ab auibus differt. Fœdis immundisque libidinibus immergeatur. Sordide suis voluptate defieretur. Ita sit, vt qui probitate deserita , homo esse desierit, cum in diuinam conditionem transfire non possit, vertatur in belluam.

## *Sanctus Bernardus meditat. cap.*

3. Tu ipsa ad nihilum es redacta , & quasi nihilum & innane reputata.

*S. August. tract. 1. in Ioan.* Peccatum non per ipsum factum est, & manifestum est: quia peccatum nihil est , & nihil fiunt homines cum peccant.

*S. 2. S. Macharius bomil. 2.* Per peccatum induit diabolus anima, & totam hypostasim eius.

*S. 3. Hieronym. Drexel de Rogodam. cap. 14.* Numis Deum abiicit,

qui lucrum aut voluptatem , qui pecuniolam , aut mulierculam audit præferre Deo , si Deo Deum alium æquè formosum diuitem liberalem , sanctum præferremus , prudenter non nihil esset stultitia nostra, at cum sordes, & vilissima quecumque , cum guttulas mari , cum res conditas, res caducas conditoris præferimus impiè , hoc demuni insana luculenta ; hoc manifesta impictas, atque hoc malorum omnium lexna, hoc omnium ærumnarum est seminarium.

*§. 5. S. Bernard. Medit. cap 3.* Totus quidem iste mundus ad unius animæ pretium æstimari non potest.

*§. 6. Sanct. Cbrysoft. bomil. 3. ad Populum.* Etenim puerilem pauprem habemus morte timentes. Pueri enim larvas timent , ignem non timent facile , quippe manum admovent igni: sic , & nos timemus mortem , qua larua est digna contemptu ; peccatum vero non timemus, quod vere timendum est.

*§. 7. Robertus Sorbonensis in Itinere Paradisi.* Peccator iam est in porta inferi: appropinquauit usque ad portas mortis , nec distat plusquam per spatium duorum digitorum : quia si de gula sua ad mensuram duorum digitorum scinderetur, in momento fieret descensus in infernum, iuxta illud ducunt in bonis dies tuos , & in punto in infernum descendunt . Nec eundem potest peccator de se: quia tanquam latro iam habet chordam in collo , quam tenet diabolus . Hac

# Indice de autoridades Latinas.

chorda stringit peccatorem, id est,  
peccato sua.

**S. 8. Seuerinus Boetius lib. 4.**  
*Cōsol prosa 4.* Si igitur miseriæ cuiuspiam bonum aliquid addatur, nonne felicior est eo, cuius pura ac solitaria sine cuius quam boni admixtione miseria est. Sic inquam videtur. Quid si eidem misero, qui cunctis careat bonis præter ea, quibus miser est, malum aliud fuerit annexum nonne multo infelicior eo censendus est, cuius infortunium boni participatione relatuatur? Quid nisi inquam. Habent igitur improbi, cum puniuntur, quidem boni aliquid annexum, pecuniam ipsam scilicet, quæ ratione iustitiae bona est, ijdemque dum supplicio earent inest eis aliquid ulterius mali ipsa impunitas, quam iniuritatis merito malum esse confessus es. Negare non possum. Multo igitur infeliciores improbi sunt iniusta impunitate donati, quam iusta ultione puniti.

**S. Thom. super Boëtium.** Cuiuscunque hominis malitia additur aliquid boni ipse felicior est eo cuius malitia nihil boni additur, sed cum malus homo punitur sua malitia additur aliquid boni, scilicet poena, quæ ratione iustitiae bona est. Cum autem non punitur, eius malitia additur, aliquid malum, scilicet impunitas, quæ mala est. Ergo malus punitus felicior est malo impunito.

**Sant. Chrysostomus Homil. 5.**  
*ad Populum.* Nomina calamitatum tantum sunt vera autem calamit-

tas est Deum offendere.

**Cap. 10. S. Ephrem de divina gratia.** Enitere ut diuinam gratiam iugiter in mente tua habeas, ne illudaris. Cole illam, vt custodem tuam, ne iniuria asecta relinquat te, venerare illam, vt magistrum tuam inuisibilem, ne illa absente verseris in tenebris. Sine illa noli certamen inire, ne turpiter interreas. Sine comitatu illius virtutis semitam ne ingrediaris: nam draco rugiens insidias tibi struct. Absque consilio ipsius non trahes, quæ ad animam pertinent; multi enim sunt qui specie recti mentem depravant. Illatibi nauiganti nisi adfuerit, vani labores tui erunt. Hac nisi aduersus inimicos tuos iunctus fueris; multis frustra suscepitis laboribus turpiter vixtus legebis. Illam nisi sociam tibi haberis, dolos serpentis ignorabis. Cum promptitudine igitur animi, morem ipsi gerito, & cuncta tibi perspicua reddet. Studiosè præcepta illius imbibe, & cito aſque villa solicitudine eris. Illam tibi familiarcm, atque domesticam facito, & consuetudinem eius honorificam experieris, nec te illuder. Sororem tibi adsume illam (vt monet Scriptura) & semitam Patris ostendet tibi. Filium Altissimi efficiet se, si illam tibi sororem adiunxeris. Instar matris ubera præbebit tibi, & velut infantem ab insidiatoribus custodiet te. Tanquam parvulum incautum gubernabit te, & invicem perfectum te formabit. Amo-

# Indice de autoridades Latinas.

Si eius, atque indulgentiae fidem adhibe; ea enim omnis creaturæ principium est. Nondum eius erga te amoris vim cernis, quoniam, & latentes pueruli matri erga se ignorant sollicitudinem. Patiens esto, & illius submitte confilio; atque ita eius fructus, utilitatemque percipies. Nesciunt quemodo nutriantur, & infantes. At ubi paulatim crescendo adoleuerint, virique euaserint, naturæ vim inse admirantur. Sic & tu, in diuina gratia perstiteris ad perfectionem peruenies.

*Ibidem.* Noui per multos optare se gratiæ filios esse; sed quid illis prodest velle nisi accedant, & facta? Multi etiam per fidem gratiæ filij sunt appellati, sed non multi propter negligentiam illa potentur. Non omnes postquam viri euaserint suas matres reuerentur. Itidemque gratia licet multos enutrierit, à paucis tamen honoratur. Pariendi dolores, laboresque educationis non omnes intelligunt. Ita, & pauci sunt inter nos, qui benè ad gratiæ sint munus affecti. Si nosse cupitis quid operetur gratia nobis id optimè declarabit Ioseph. Cunctorum, & bonorum, & malorum curam gerit, ut benigna mater. Quapropter, & Ægyptios sustentauit. Paucos hæredes habet quorum delectetur consuetudine, eosque si à recta via semita deflexerint adhuc sustinet. Sed si ipsos ostenderint auersatur; nee tamē sua ipsis recludit viscera, ne moriantur. Quod si talem se gerit erga ingratos: *Cur consuetudinem eius*

subterfugimus? Si erga contumeliosos benignā se exhibet: quare nō intelligimus ex eo, quod vniuersis bonitatis suæ diuitias in amates effundat. Quare si aliquando se se occultet, desidiæ, atque torpori ne succumbamus. Et si nos tentari permittat, animum ne abiiciamus. Quid expediat nobis, optime nouit, naturam, atque mensuram cuiusque exploratissimam habet: Et quantum cuique satis est, largitur. Beneficium quandoque differre videtur, atque supprimere, quod nobis ita expediat. Quarum monias nostras tolerat, ut fluent medici cum agricolatibus usurpanti, ac cibi auferunt.

## LIBRO V.

**C**ap. 1. § 1. Sanct. Cyrillus Hierosolymitan. Cath. 5. Qui mereatur fide illuminari ante huius mundi consummationem iudicium iam videt, & promissionum retributio nem.

**C**ap. 2. § 1. Innocet. Papa in Psal: 76. Meticulorum est omni viuenti coram te Domine causam agere criminalem, quia cum sis potissimum manus tuas nemo potest effugere, cum sis sapientissimus oculos tuos nihil potest latere, cum sis iustissimus, animum tuum nemo potest corrumpere, coram quo accusatrix est conscientia rea mens, aduocatrix ratio, testis memoria, & tu iudex.

**S.** August. lib. 3. Confess. cap. 9. Multa laudata ab hominibus (ait S. Augustinus) Deo teste damnantur.